

5

ILLVSTRIVM GRÆCORVM, PRAE

clare sententiæ, partim morales, & arca-
nis confines literis, partim ad festivos iocos
accommodatæ. Ex STOBÆO græco autho-
re, per OTTOMARVM Lusciniũ
Argentinum, Iurispon. Doct. e græco
in latinum traducta.

1 5 1 8

ὁ ὀττομαρος ἀνδρῶς.

σχῆμα ποθεῖς εἶδεν, γνῶμας δ' ἄβελγῶσιν, ὁ καίων.
ἐς βροτοῖς εἶδος μῶλλον ὑπάρξει λόγος.

Nosse cupis veres graios: cape sensa pfuda hęc.
Effigies non est verior ulla viris.

Cum privilegio Imperiali ad
Quadriennium.

Ioannes Schottus Argentinę pressit.

Consultissimo iuris. V. Doctore Ambrosio
Iphofer, custodi atq; canonico Brixinē.
maiori suo, ac patrono obseruando, Oro
tomarus Luscinus Iurispon. Doc. S. D.

Reducem me nup ex Italia, & ædibus tuis omni
illustrum scriptorū genere refertissimis, Doctor
omnifariā erudite, quom grauis morbus, subito
incautum corripuisset: quærenti diu quibus arti-
bus horas solito longiores fallerem: cōmodū no-
bis hic libellus, qui nobilissimi cuiusq; græcorum,
insignem de virtute sententiā, atq; adeo perennē
ac perpetuo spirantem refert imaginem, sese ob-
tulit. Distracti enim, & veluti lucianicus ille Me-
nippus, ex præsentī luce abducti, in prisca cuiusdā
æui concilium, dum hunc legeremus, admissi vi-
debamur. Vbi dictū mirum, q̃ salutaria & ad vi-
tam probe instituendam cōducibilia, auidissime
hausimus. Accessit interim grauitati amœia que
dā urbanitas, & genuinus atticī sermonis lepos,
quibus deliniti, grassantis in nos morbi sequitiam
subin se declinauimus. Proinde dum aliud agere
languor prohiberet: hæc insignia præstantissimo-
rum græcorū placita, latinitate donauī. non aliā
sane ob causam, q̃ ut hoc quantulocunq; labore
maiorē valetudinis laborē quatenus liceret ef-
fugerem. Deinde, quo ethnicoq; tanta recte viuē

di exempla, si quem Christi dei & seruatoris nostri monita parum moueant: in suam christiane desidię notam, & grauissimi in rebus preclare per virtutem gerendis veterani, publicitus imitanda exponeremus. Quis enim est ex nostris, quę sui non pudeat instituti, si christianis legibus vacuos, ad virtutem capessendā propensiores conspexerit? Denique apud se expendat interim obsecro, quisquis ferro atque vi omnia ditioni nostre subiicienda, quę infidelium manus occuparunt, arbitrat. Num viribus eos superare æquum sit, quos virtute pares (ut ne dicam) superiores habebas? Nam ex mea quidem sententia, a vero non aberrarunt, qui potentiam sine bonitate, immanem quandā crudelitatem, & suam tyrannidem definiunt. Verę, ut ecclesia Christi virtutum omniū præsidio parta est: ita nimirum facilius poterit virtutum adminiculo subsistere. Sed de his satis. Nos laborem istum, seu magis a labore diuerticulum, quom eximio iureconsulto Laurenti helio, Decano s. Petri iunioris Argentine. unico literarum ac studiosorum patrono, impendio probaretur: quem ex iucundissimo contubernio, ob insignem doctrinam tam cordatum experti sumus: ut falli iudicio non possit: adeo deinde synserum, ut fallere haud quaquā velit: tibi Ambrosi

virtutis totius, sumēq; eruditionis columen, nos
minatim dedicamus ac muneri mittimus. Neq;
isthuc sane, quo leuiculis hisce rebus, cōfidamus
aliquid amplitudini tue possit accedere, ipse em̄
sat scio, quom alius alio errore ducatur, quantuz
mihi semper in vertendis gr̄cis indulserim. Ver
rum quia pr̄ter multitudinis studiū, quādo alio
trahere poterat, generis nobilitas, opum affluen
tia, virens etiam dum ætas, exuperans doctrina,
Cæsaris nostri Maximiliani beneuolentia, & alia
id genus quę tibi cum primis ampla obtigerunt:
tu tamen immotus, veluti marpesia cautes, rigi
dum virtutis callem, mordicus tenes: corpus in
edia maceras atq; vigilia: litas Christo crebrius.
& sacrificas: plæbeculam salutaribus monitis ne
pessum eat seruas. Atq; interim sacris literis plu
rimum temporis impertis, nec minus gr̄cis, sine
quibus temere alios videas ad Theologiam ἀνι
πτοις, ὡς καλῶς εἰρηται, ποσὶ ἀναβαίνειν. Quid plu
ra? Quom ex Argentina ob gr̄cas quibus egre
carebas, me accitum, domi plurimis diebus foue
res: si fortuito de rebus diuinis, aut pphanis ser
mo esset obortus, tuq; sententiam rogatus quid
videretur definires: Hieronymum quendam, aut
Papinianum mihi audire visus sum: mores Hila
tionem sapiebant. Quom igit̄ summam pietatē

summe doctrine coniunxeris, dignus mihi habeo
ris quē libellus hic noster patronum adest. Bre-
uis est totus, partibus breuissimus, undique incipi-
as: undique desinas licebit. nihil est quo fastidiosa
longitudinem incusare possis, nihil quo ieiunam
breuitatem. Quāquā apud te nil opus sit hęc cō-
memorare, qui nō es nescius quā recte dictum sit.
καρίσθαι τοῖς ἰσχυροῖς ἐπιτρέψαι. Vale Doctor pręstātissime:
& Franciscū rupiliū cōmunem amicum ac cō-
gerronem nostrum, virum iuxta bonum & insi-
gniter doctum, nostris verbis saluere iubeto. Ex
Argentina Idibus Iunijs, Anno redditę salutis.

1 5 1 8.

Hieronymi Gebuileri decaſtichon, in
operis præconium.

Huc puer huc cirrata cohors, quā pallados ardor
Sollicitat, celeri currere perge gradu.
Nā liber hic profert mordacia scommata, mixtis
Lucundis salibus, dogmatibus quę sacris,
Quę liquit post se gręcis monumenta Stobęus:
Ottomarus latio reddidit eloquio.
Ottomarus simul Aonidū decus, atque Trebotū.
Quo duce vel Vosagus, dorica verba sonat.
Nęstoris hunc Superi faxint superesse diebus.
Quo nitet Alfatici gloria magna soli.



ILLVSTRIVM

Græcorum Sententię morales, Otto
maro Luscinio interprete.

AESCHINIS.

Aeschines dicebat. Somno indulgere licentius,
non perinde viuis q̃ mortuis congruit.

AESCHYLI.

Aere hoīs faciem spectes licebit, at mentē vino.

AESOPUS.

Aesopus taxans forma exuperanti abutentem.

Veste inq̃, qua amictus erat, ea se per impro-
bitatem nudauit. Eiusdem.

Manticas idem ait, geminas cuiq̃ nostrum esse:
quarum altera prę oculis sita sit; altera a scapu-
lis tergoq̃ depēdeat. Atq̃ in priorem illā nos
aliena errata recondere: in eam quę dorso im-
minet, propria. Eiusdem.

Idem cum per conuicium, facie deformi esse, atq̃
turpi notaret. Impius plane censor es inq̃, qui
de forma mea pronūciaturus, vultū damnas:
animi speciem non intueris. Eiusdem.

Idē comatulū iuuenē, nimiū affectato ornatu cō-
spiciū intuitus. Si tā anxie inquit, tāq̃ exq̃lite-
re comas virorum gratia: plane ludis operam.

SENTENTIAE MORALES.

sin mulier: iniquus es & improbus. Eiusdē.
Idem adulescentem conspicatus, ob insignē for-
mam ab omnibus amatū. Coneris ait, adules-
cens, eos q corporis gratia tibi affecti sunt, ani-
mi tui amatores facere.

ALEXANDRI.

Alexander rex, videns Diogenem dolio decum-
bentē. O vas ait, sapientia refertum. At philo-
sophus assurgens, Regum omniū inquit, ma-
xime, unam abs te fortunę guttam expeto: vel
dolum hoc (ut tu vocas) sapientię, illesum mi-
hi permaneat: quo sine parum feliciter cum sa-
pientia agitur. Eiusdem.

Idem epistolam a genitrice missam, quę occultas
accusationes & calumnias in Antipatrū conti-
nebat legens, Ephestionem quidē amicum, si-
mul (uti consueuerat) eandē legere passus est.
sed ea lecta, anulum ipse sibi digito detraxit: et
ori illius sigillū, veluti reticentię symbolū im-
pressit. Eiusdem.

Quisquis sermonē secreto cōmissum diuulgave-
rit, malignus est: aut certe nimīū intemperans.
Et si quidem est qui lucri studio id egerit: im-
probus nimīū recte dicitur. aut nulla spe quę-
ritus allicitur: tū incōtinens habebit. Sed quidē

ILLVSTR. GRAECORVM

equae profecto uterq; iniquus. Eiusdem.
Interrogatus ipse, utri magis esset affectus, Phi-
lippo parenti, an Aristoteli praeceptoris? Res-
pondit. Ille mihi ut essem causa fuit: hic vero
ut bonus essem. Eiusdem.

Idem, matre sua Olympiade rem vehementer mo-
lestam imperante, In uniuersa inquit vita triū
me coepit poenitudo. Primū: q̄ foemine id qd
coelari vellē, crediderim. Secūdo: q̄ naui illac
profectus sum qua pedibus ire itidez licuisset.
Tertio: q̄ unā diē intestatus egerim. Eiusdē.

Idem ex Indicis sagittarijs optimū quempiāz na-
ctus, qui etiā per anulū telum torquere instrus-
ctus vulgo iactabat: hunc cū iussisset artis suae
facere periculū: atq; ille sedulo negaret. Ira p-
citus Alexander, necari hominē impauit. At-
q; is cum ad suppliciū duceretur, ad ducentes
ait: multū intercessisse temporis quo arcū ma-
nu non contrectasset: subuereri igitur sese, ne
imperitius ab instituto aberret. Id admiratus
Alexander, virum muneribus donatū dimisit.
eo q̄ mortem subire potius in animū induxe-
rit, q̄ ulla in pte expers glorię videri. Eiusdē.
Idem cum audiret Darium triginta milia bellato-
rum in aciē produxisse. Vnus inquit, coquus.

SENTENTIAE MORALES.

multas oues non exhorret. Eiusdem.
Idē in expeditiōe aduersus Darium, intuitus ē
qui dicebat Darij exercitum militibus esse lo-
cupletiorē. Et plures oues ait, ab uno nunc lus-
po, aut altero diripiuntur. Eiusdem.

Idem quom in vetulū incidisset capillos tingen-
tem. Senex inquit, non tibi cæsaries tingenda
est, sed magis genua. Eiusdem.

Idem quom longo affectus morbo, sanitati pau-
lum redderet. Nihil nobis accidit mali ait, quā-
do mortales nos esse, & ab arrogantia fastuq;
abstinere languor submonuit.

AMASIDIS.

Amasis egyptiorum rex, amicum filio orbum li-
teris solatus. Anteaq; tibi esset filius inquit, nō
cruciabaris. quippe nullus tū uspiam erat. Sic
par ratio, omnē tibi modo ex filij morte mor-
torem adimat: quādo sublatus ēque nō extat.

AMPHIDIS.

Amphis dicebat. Propensum esse eum ad deie-
randum facile liquet, qui ut sacramēta pręstet
induci nullo consilio potest.

ANAXAGORAE.

Anaxagoras duas res esse aiebat, qbus mors qd
esset edoceretur, eius temporis quod vitā nō

ILLVSTR. GRAECORVM

stram praecesserit memoriam. & somnum.

ANACHARSIDIS.

Anacharsis miscente cyathum Ephestio, Primū ait poculum ad sanitatem pertinet. Secundū ad voluptatem. Tertium ad contumeliam & rixam. Quartum ad insaniam. Eiusdē.

Idem inuidiam esse ait hulus, quod passim verū bonumq; sua vi contraheret. Equidem liuido in primis prodest, boni eius cui inuidet obseruatio, citra tñ illius offensam. Vnde pspicuum est: inuidum haud quāq; in leges delinquere: quē suo quemq; more viuere sinunt, dūmodo alium nō offendat. Deinde, inuidiam minime seditiōis materiā hoībus ministrare. Eiusdē.

Idem bonum esse dicebat, si penitus a rebus humanis inuidia exularet: q̄ liberius q̄sq; ad honesti studium accingeretur. Eiusdem.

Idem quom ad talos ludens, a quodam aleonem se esse, male audiret. Perinde ait, atq; arcus sp̄ intensus rumpit: si vero remittatur, utilis reddit & tractabilis. Ita & de animo sentiendū est: si nunq; ab instituto deflectat, hebetiorē fieri.

ANAXAMENII.

Anaxamenius dicebat. Qui celo affecti, recte facta dictaq; nullo preconio dignant: quem oro

SENTENTIAE MORALES.

fructū ipī ex suis bene factis sperare audebūt.

ANTAGORAE.

Antagoras ait. Dum me laudant multi: agnosco plane, quantū veræ mihi desit gloriæ. Ceteræ si paucitas: iā me studiosum diligentemq; existimo virum.

ANTIGONI.

Antigono canis erat specie exuperāti, cuius estimatio ad septem milia drachmarū accedebat: huic caudam præscindens aiebat. Iam futurum est: ut de me loquant Athenienses, & alia negotia, minus curiosi, missa faciant.

ANTISTHENIS.

Antisthenes ad bonā frugem aspirantibus, opus esse ait, ingenuis amicis, & acerrimis hostibus. sic enim & libere admoniti, & seuerissime obiurgati resipiscunt.

Eiusdem.

Idem interrogatus: qua ratione fiat, ut sapientes plerūq; opulentos adeant: sed nō illi vicissim sapiētes? Quia inq; sapientia præstantes, quæ ad vitā tutandā necessaria sibi sunt, pspiciunt: q̄ contra isti nil præter opes curant.

Eiusdē.

Idē querēti, qd esset festiuitas? Rndit. ventris faciendi occasio.

ANTIPHANIS.

Antiphanes dicebat. Quæstū iniquū breues habere delicias, longam calamitatem.

Eiusdē.

ILLVSTR. GRAECORVM

Idem dixit. Mortalia curato vir optime, quādo
quidem & tu mortem oppetes.

APELLIS.

Apelles pictor, quom ab eo quidam percontaretur : qua potissimū ratiōe fortunam sedentem depinxisset. Quandoquidem inquit, stare nō nouit. Itaq; & tu quom homo sis, cōmunem memineris esse fortunam.

APOLLONII.

Apollonius irae affectū ait, nisi diligentia ac verbis placidis temperetur, in genuinum quendā morbum excrecere. Eiusdem.

Idem ait. Quisquis erga leuia errata vehemētius q̄ par sit irascitur: is delinquentē non sinit inter culpam extremam et mediocrem quid int̄ sit dignoscere. Eiusdem.

Idē ait, summo studio adnitendū, ne temere nobis verba parum decentia elabant. Cōstat em̄ primo, q̄ inurbanū sit, silere nō posse: tum efutire in palam cum turpitudine quae honestiūs obticuiſſes. Eiusdem.

Idem dicebat. Quom in alios atq; alios errores, & pericula homines labi palam sit: mirū quam securitatem prēstare queat taciturnitas. Eiusdem. Idem ait, prorsus non esse inuidendū.

SENTENTIAE MORALES.

Boni enim quibus bona eueniant, digni sunt.
Flagitiosi autē in quantauis prosperitate sunt
infelices. ARISTARCHI.

Aristarchus vocatus ad coenam, non prius vene-
turus se pollicitus est, q̄ a quolibet ex his qui
simul vocati erant, accitus esset. Dicebat enim:
cui nauigandū est, aut in expeditione militan-
dum, contuberniū utcunq; ferat cōmorantiū
necesse est. Ceterū, citra delectum sese potato-
rum turbę immiscere, hominis est impudentis
& parum cordati. ARISTIDIS.

Aristides dicere solebat. Ita est ingenium hoīm:
ut facile admittant eos, qui sciūt (ut verbo pris-
co dicit) obsequi cuiusq; ac inseruire studijs. n̄
em̄ soli iam benigni, & vere viri existimantur.
At contra videre est: q̄ rigidi putent, qui mo-
destiam inducere viribus moliant, ubi omnis
vita obluctatur ac dissidet. Eiusdem.

Idem dicebat, currum nō admodū confidentē esse
conscendendū, attento p̄cipitio. quippe in q̄
hominis sessio perinde varietur. Quomō em̄
se quis recipiat in locū, a quo excussus subito,
porrectus iacere videat? Quanq; fieri possit:
ut maiora forte, aut similia currus onera sustu-
lerit, facile tñ futurū, ut mox discissus pereat.

ILLVSTR. GRAECORVM

Aristidis iusti.

Hic interrogatus, quatenus deceat hominem viuere? Tantisper ait, dum deprehendat emori prestare, q̃ in tot calamitatibus viuere.

ARISTIPPI.

Aristippus cyrenęus philosophus, iuuenes ea sibi iussit comparare viatica quę cum naufragis simul enatare possent. Eiusdem.

Idem cōtemplatus quempiam ira æstuantem, & ob verba quādam sequentem. Nullum nobis inquit, cum verbis illis negocium est, e quibus suo quodam iure videtur ira obrepere: sed magis libet per verba iram sedare. Eiusdem.

Aristippus cuidam obijcienti. Per te perijt ager. Melius igit̃ ait, ager per me/ q̃ ego per agrū.

ARISTOTELIS.

Aristoteles dicebat. Perinde atq; fumus oculos cōmordet, & aspectum ita conturbat, ut neq; ea nobis vidēdi potestas fiat quę sunt ante pedes: ita oborta ira rationi caligo suffunditur: adeo, ut ne sui ipsius quidem meminerit: tantū abest, ut se delinquere ulla cogitatione deprehendere possit. Eiusdem.

Idē dicere solitus est. Qui silere nō nouit, is neq; loqui admodum sciet. Nam querente quodā.

SENTENTIAE MORALES.

que res homini esset in vita difficilima. Ait, si
lere tacenda. Eiusdem.

Idem, manifesta alioqui monstrare conantes, si
miles esse aiebat, solem lucerna quo magis a
gnoscat, iuuare gestientibus. Eiusdem.

Ait idē. Patri primo ut seruiat filius oportet: de
inde familia. Illam enim quasi potiore seruie
tutem introduxit natura: hanc minus arctam
leges. Eiusdem.

Idem adulescentem indoctum, sed gloriabundū
intuitus. Adulescēs inquit, qui tibi videris ego
me esse velim: at q̄ vere es, eiusmodi mihi ho
stes dari exopto. Eiusdem.

Idem quom adulescentē sumptuosiori toga com
ptum videret. Adulescens ait, num aliquando
a cultu isto immodico temperabis, ouium vir
tute parto? Eiusdem.

Summa, ait idem, dignitas est: cū dignum te esti
mes, abstinere tamen ab honoribus æquo ani
mo possis. Eiusdem.

Aristoteles (ut fama est) dicebat. Quemadmo
dum in medicina prauæ habitudinis corpora,
nutrimēto lēduntur: utpote, quo corrupto hu
mori materia adiicitur. Ita animum flagitioso
dogmate præoccupatus, si recta docere conē

ILLVSTR. GRAECORVM

ris, magis ex hoc offendas. quippe arma sub
inde falsę doctrinæ ministraueris. Eiusdem.
Idem dicebat, inuidiam colluctatorem ex aduerso
esse bonorū virorum. AEmulatio enim bo
na est: & bonos potissime decet. Inuidia cōtra
turpis est: & a foedo hominū genere occupa
ta. Atqui videas bonos ita se comparare: ut ꝑ
mulatione, honestiq; studio, quę sunt optima
sectentur. Inuidos autem contra, per liuorem
bonos, quatenus possunt, ab instituto suo ar
cere. Eiusdem.

Idē, quę longissimo inquit, tractu a nobis absunt
nemo metuit. Nam quom moriturum sese ne
mo ignoret: mortem tamē, quā prope esse nō
susplicamur, minime expauescimus. Eiusdē.
Idem ait. E vita migrare esse optimū, veluti e con
uiuio, non sitibundū, nec temulentū. Eiusdē.
Idē dicere solitus est. Quisquis morbo graui cor
reptus tabulas testamenti cōscribit: similis est
ijs qui marinis fluctibus vehementer agitati,
tum primū incipiunt nautica armamenta de
bito ordine tractare. Eiusdem.

Idem conuictis laceffit a nebulone impudente
& petulante. Tu inquit, & facile mala audis, et
ad maledicendū compositus es: at mihi dicere

SENTENTIAE MORALES.

talia insolitū est, & audire parum iucundum.
Eiusdem. Idem, malorum omnium pelagus, &
sentinā estimabat, ubi q̄s flagitijs scatens, ne
sciat erubescere.

ARISTONYMI.

Aristonymus ait. Quēadmodū mel direptū al
uearijs, quanq̄ dulce sit natura, tamen conse
quentes habet aculeos. Ita sunt ex media phi
losophia depromptę rationes. **Eiusdem.**

Idem dicebat. Inuidia, veluti flagitiosus impera
tor, arma cōuertit in ciues bonos & innoxios.

Eiusdem. Vita, ait idem, propemodū uti thea
trum est: ubi plerūq̄ pessimi optima loca ob
tinent.

ARCESILAI.

Arcesilaus dixit. Perinde atq̄ medicorum afflu
entia, & plurima pharmaca, nō paucos signifi
cant loci alicuius morbos. Sic ubi innumeras
videris leges, illic certum est, homines esse im
probos, & inexhaustam morum iniquitatem.

BABILAE.

Babila, ingenio inquit liberali, atq̄ optimo prae
ditus; leuia errata non perinde consyderat.

BARNABAE.

Barnabas, apostolus ait. Ex scelerato cōflictū vi
ctorum miserior egreditur. quippe qui scelerū co
piam immodicam inde reportat.

ILLVSTR. GRAECORVM

BASILII.

Basilii magnus, virtutem ait, solidum esse praemium eam habenti: non iniucundum proinde spectaculum illi, qui eiusce admodum est studiosus. Eiusdem.

Idem dicebat, ex boni atq; honesti aceruo multa qualia sint quibusdā non videri: nimirū ob iudicij de his rebus inopiam. Eiusdem.

Idem ait, Charites gentilitatis deas, quae beneficentiae praesunt, ad eos se conuertere qui ad munificentiam & liberalitatem sunt propensiores. Eiusdem.

Idem dixit, non raro accidere: ut per populi disturbium pessimus praepostero ordine in principatum euehatur. Eiusdem.

Idem dicebat, doctrinam violenter inculcatā, viribus non subsistere. Eam autem quae festiuis quibusdā oblectamentis in animo extruitur, radices illic agere & firmis consistere. Eiusdem.

Idem ait, Ira quid esse potest imprudentius? quae ad insaniam homines rapiuntur. Praestat igitur multis partibus ut iram cohibeas: & eum qui contumeliā suggerit contemnas. Sic enim modestiam, non extremam virtutem, opere te habere testaberis. Eiusdem.

Idem ait, conducibilis sibi videri: ut in re aliquae

SENTENTIAE MORALES.

addubitantes, fileant & credant: q̄ q̄ ancipites in incredulitatem labantur. Eiusdem.

Quisquis aliena avidius sectatur, post pusillum propria per incuriā amissa lugebit. Eiusdē.

Bonę indolis liberi, magnam partem glorię partem adiiciunt. Eiusdem.

Vt incisioni aut adustioni languentium, medici non afferunt causam, sed morbi. Ita tutelares dñj urbium, inique accusantur, pereuntibus ob immodestiam improborum rebus publicis.

Eiusdem.

Quemadmodum apes fumo fugantur, & colūbas foetor expellit. Sic vitę nostrę custodem angelum, lugubre ac putens abigit peccatum: Sed & delicti cuiuspiam reticentia, latens est animi morbus. Eiusdem.

Si cui per superbiam, & tumidam morum insolētiā ex animo seruitur: hunc consentaneū est, maiore ex hoc elatione mentis inflatum iri.

Eiusdem.

Ne arbitreris nos ea q̄ de pctō diximus, tibi veluti matrem infantis nutricem, falso per larvas imitari. Sic enim illis agere mos est, ubi pueros prę causam plorātes, conficta quadā narratione, & nugacibus fabulamentis cōpescunt.

ILLVSTR. GRAECORVM

Non hic fabulis locus est: vera hæc, & infalli-
bili voce prodita sunt. Atq; certo certius no-
ris: nobis vita functis, futurū esse, ut euidentissi-
ma harū rerū argumēta palam fiant. Eiusdē.
Imperitus medicus, quom inducēde sanitatis gra-
tia, viribus affectos accedit: residuum virtutis
qd in effœto corpore superest, miseris adimit.
Eiusdem. Vt rubigo peculiaris est frumenti ca-
lamitas, sic inuidia præcipuū amicorū malum.
Eiusdem. Basilius magnus ait. Si quādo iuxta
græcam fictionem, artifex quispiā effigiando
rum corporū, ex rationali & bruto, iuxta natu-
rarum rationē, unum animal veluti centauruz
cōposuerit: ei parti quæ a vertice vergit in pe-
ctus, humanā prorsus formam accommodabit.
Succedens deinde ab umbilico & lumbis por-
tio, equinā naturam imitabitur. Vnde iam par-
lam est, ventris voluptates, beluinum quiddā
sapere: & iuxta hanc compagem, ex imo citra
rationem superiora moueri. quom cōsulto ir-
rationalis pars, rationali sit subiecta: ut ab illā
gubernetur, non illam dilaceret, & tyrannidē
in eam exerceat. Id certe est, qd oīno sapienter
naturali necessitate, hoc simulachro ostendit.
Eiusdem. Si boni viri, sceleratos videant desti-

SENTENTIAE MORALES.

tui honoribus: in promptu est, ut virtus primas
teneat: circa illam, p[er]inde cunctorum mortali-
um studium p[ot]ius versetur. Eiusdem.

Plerūq[ue] vitę huius consuetudo pro contuberna-
lium conditione, multor[um] existit malorum oca-
sio. Eiusdē.

Pax, quantum sit bonum, nihil attinet verbis at-
tolere apud homines pacis filios. Nihil sane tā
christiano conuenit, q[uam] pacis formandę studi-
um: unde mercedē nobis Dominus ob eā mul-
to maximam pollicitus est. Eiusdē.

Haud immerito huius ego dictum probauerim,
qui spes vigilantium somnia esse diffiniuit.

Eiusdem. Perniciosi mulierum affectus, cōmo-
rantiū sibi viro[rum] imbecilles aīos submergunt.

Eiusdem. Idem in senectę cōmendatione, senio-
lem pręter annos prudentiā, prætulit caniciei.

BENEDICTI.

Benedictus rhetor dicebat. Cōtradictio quanq[ue]
in tenui orationis stilo verset, vires tamē ad
esse homini quibus se tueatur, & sui iuris vi-
rum plane indicat. **BESLEELIS.**

Beseleel artificio pręstans dicebat. Is demū a pue-
ro mihi differre videt, q[uia] aīo suo, morib[us]q[ue] nec
quicq[ue] admittit quod puerile iudicari possit.

ILLVSTR. GRAECORVM

BIANTIS.

Bias sapiens ait. Cuncta bundus negocia aggredere: aggressa celeriter confice. Eiusdem.

Interrogatus idem, quis omnium salubrius consultaret? Tempus, ait. Eiusdem.

Idem dicebat. Expedit viro bono, ut recordetur praeteritorum: praesentia administret: futura caute provideat. Eiusdem.

Idem ait. Sedium subinde mutatione, neque ad sapientiam disponere, neque dementiam deponere.

Eiusdem. Beatum idem existimabat, ex vulgi opinione, qui opes ex animi sententia assequeretur. Verum multo beatiorem, qui ne desideraret quidem. Eiusdem.

Idem capitalem in quempiam ferendo sententiam, dum collachrymaret: & quidam eius rei causam ab eo sciscitaretur. Quoniam inquit, natura duce, necem laturo compatior: lege autem condemnem noxium oportet. Eiusdem.

Bias ait. Eos qui mentem sibi a deo bonam largiri precarentur, nec tamen disciplinam capefferent, parum cordatos esse. Quando neque ut pictor quicquid bonus euadat, dari sibi a deo bonos colores, & lineam exoptat: quin magis artem perdidit. Sicut nec votis proficit qui musicus

SENTENTIAE MORALES.

esse cupit, nisi artem consecretur. Adeo nil p-
dest circa preces occupari, nisi recte viuendi stu-
dio tenearis.

Eiusdem.

Idem dicebat, non admodum absimiles esse vane
discipline intentos, ijs q̄ celsi sunt oculis. Nā
sicut hi interdiu ad solis splendore nihil vidēt:
noctu firmior ipsis redditur aspectus. Ita illi
quom̄ circa inanem speculationem sint ocula-
tissimi, ad veram disciplinam & lucidissimam
cæcutiunt.

Eiusdem.

Idem ait. Sicut vicissim vult ut feras qcqd te fert:
si tu fidem solueris, ipsum te legis: & ferens te
fert, id est, tui causa offenditur.

Eiusdem.

Idem, infelicem esse, dicebat, qui infelicitatem to-
lerare non posset.

Eiusdem.

Interrogatus, quæ malicia esset molestior? Res-
pōdit, quæcunq̄ sit religionis pretextu.

Eiusdem.

Idem dixit, apprimè decorum illis esse silentium,
quibus indecora impuraq̄ sit vita.

Eiusdem.

Idem, quom̄ sibi vitio a quodā daretur, q̄ os gra-
ue oleret. Multa inquit me fugiunt, quæ visce-
rum malicia euenire perspicuū est.

Eiusdē.

ILLVSTR. GRAECORVM

Bias, adulescente quodam intempestiuas nugas crebro iactante, adeo, ut neq; modum esset habiturus, neq; finem. Adulescens inquit, qui factum est, ut a quo scatere verbis didicisti, silere non didiceris? Eiusdem.

Idem querenti ex eo, quid esset in vita liberius?

Respondit. Mens sibi bene conscia. Eiusdē.

Idem quom in cōuiuio tacitus a nugatore qdam mordaci scommate impeteret. Quis stultus ait, presente vino linguam cohibere potest?

Eiusdē. Idem ait. Vir bonus es: at huiusmodi nūq; inuidet alteri, nec ullam qdē ob causam.

Eiusdē. Idem dicebat, prestantissimū esse multitudinis principatum, in quo omnes eque ac tyrannum leges formidarent. Eiusdem.

Idem, Vitam inquit, perinde atq; urbem modereris oportet: etiā si noris te breui victurum.

Eiusdē. Idem, vocante quodam ob rerū iacturam mortem. Quid ait, homo eum adesse velis, qui nullius votis unq; respōdit? Eiusdē.

Idem sciscitante quodam, quam mortem parum honestam arbitraretur? Respondit. A legum seueritate introductam. Eiusdem.

Idem vidēs ensē ruptum, ait. Quis te o mucro. perdidit? aut quem tu?

SENTENTIAE MORALES.

GAIUS. r

Gaius ait, prudētius sibi actum videri: si prius caueas ne iniuriam possis accipere, q̄ ut iniuria laceffit, tū demū ad querimoniā confugas.

GELASII.

Gelasius rhetor dixit. Doctrinę eius quam philosophia suppeditat vis, bonis quidē ad virtutē arma ministrat: verū flagitiosis ad malicię exercitium stimulos relinquit. Eiusdem.

Virtus (idem ait) spontaneum quippiam est & liberum, ac nullius subditum imperio.

GENNADII.

Gēnadius dixit. Iusticię vobis agite, in promptu semper sint arma: instituta mortis absint q̄ lōgissime.

GERVASII.

Geruasius dicebat, nullam aliā malicię generādę viam cogitari posse: q̄ si quis omnes prorsus virtutes negligat, & earundē laboret inopia.

GERMANI.

Germanus dixit. Caligo non sustinet lucis pręsentiā. Nō languor consistit sanitate reddita.

Sic nec affectus quicq̄ moliri possunt in homine passionibus libero.

GERONTII.

Gerontius, virtutem omni prorsus vacare metu cōsentaneum esse dicebat: deinde & ingenu

ILLVSTR. GRAECORVM

am suiꝑ iuris. GREGORII theologi:

Gregorius theologus ait. Vt celebris euadas ac nobilis, non dextra solū rebus strennue gestis comparari potest. Quando maior triumphus profligatis vitijs, atꝑ victoria multo speciosiꝑ or manet virtuosos. Eiusdem.

Idem inquit. Quisquis serpentis prudentiā circa improbitatem, & columbæ simplicitatē circa honestum, per cōmitionem quandam temperat: id agit, ne prudentia sinat labi in maliciam, necꝑ simplicitas in imperitiam. Eiusdem.

Gregorius theologus ait. In deferendis honoribus prior semper honestorū ratio habēda est: malos negligere cōuenit. Quod si hominibus nequam tibi cōmorādum est, iam actum esse moris de tua probitate. A viro nebulone & nihili nullā frugem bonam sperare licebit. obseruat enim potissimū ad mala pronos, qui vitijs suis facile ignoscant. Ceterū hostem huiusmodi habere potes: amicum citra magnū malum habere non poteris. Eiusdem.

Idem, honestius esse censuit bene de alijs mereri, qꝑ beneficijs affici. Equidē benignitas & misericordia circa illustrius studiū versantur, qꝑ vltus rerum questus. Eiusdem.

SENTENTIAE MORALES.

Idem ait. Non mihi sapiens videtur, quem alij ex sermone sapientē iudicant; qui linguam habet volubilem, & animū inconstantē, omnisq; disciplinē penitus expertē: s; magis cui brevis de virtute sermo est, & multa rerū bene gestarū documēta: quibus firmam fidem per vitę cursum verbis suis quesierit. Eiusdem.

Idem ait. Q; absurdū est, si alienis conemur mereri languoribus, ipsi nos vomicis scateamus & hulceribus. GREGORII Nissenī.

Gregorius nissenus dicebat. Omnis malicię qdā esse irritamēta, videlicet voluptates: quæ auariorib; animis ppositę, mirę q; facile eos inescare queāt, & ad hamū perditionis attrahere: Eiusdē. Quemadmodū suauiā aromātū odora-menta, proprium quiddam per aerem continētem spirant, quibus ptesentes recreentur. Ita vir bonus, toto sibi cōmorantiū contubernio salutaris est & iucundus. Eiusdem.

Qui cū inope partiū, ipse sibi ea qua eget parte ministrat necessaria; ut non tam dare tum videatur q; accipere. Eiusdem.

Dum confuse omnia citra ordinē fiunt, magistratus aut negligens est, aut oīno sopitus. Ordo enim exactus rerum gerendarū, magistratum

ILLVSTR. GRAECORVM

viuacem indicat. Eiusdem.
Qui omnes carpit, is nec ab optimis quibusque abstinebit. Eiusdem.

Maiore gloria pauca recte agunt, quam multa perfunctorie & perperam. Eiusdem.

Malim ego ex alijs audire quod opere precium sit, quam meum sermonem ingerere. Equidem in uniuersum felicius est a melioribus non nihil accipere incrementi, quam ab his qui sorte sunt inferiores. Eiusdem. Arguta sane plurimumque concinna haec vox est, & coelos penetrans, quam non musica quaedam ratio ad demulcendum auditum constituit, sed quam conscientiae puritas in animo iusti dicat. Eiusdem.

Idem ait. Auri precium commendat grauitas: at virtus levis est, ideoque sublimis. Eiusdem.

Gregorium dicere solitum accepimus. Sicubi aduersa laboras fortuna, ne futuram desperes felicitatem. Denique rebus prospere cedentibus, suspecta tibi semper sit aduersitas. Annus unus quantum tuor constat partibus: unicum temporis momentum variam secum affert rerum mutationem.

Eiusdem.
Idem. Caeca res inquit, ira est & molesta, potissimum si iniqua sit indignandi ratio.

SENTENTIAE MORALES.

DEMADIS. Δ

Demades ait. Illiberali atq; seruili ingenio predictis legem imponit necessitas: verum ingenui legem necessitatem esse putant.

DEMETRII PHALEREI.

Demetrius phalereus dicebat. Qui fortunam aduersam strenue, & generoso animo tolerare nequiret, eum nec prosperam satis comode ferre posse.

DEMOCRITI.

Democritus ait. Dignum te deo reddideris, si nullum facinus indignum admiseris. Eiusdem.

Morum constantia, vitae probe institutæ non leue est argumentum. Eiusdem.

Vt iniuriam declines prudentia opus: ut offensam, matura defensione. Eiusdem.

Plærunq; inuenias quibus bello alij sunt superiores: atq; iidem tam mulierculis misere famulantur.

Eiusdem. Idem ait. Mulierem omnis dissensionis materiam abunde ministrare. Eiusdem.

Institutiones vehementer salutare, filij ex partum modestia ac frugalitate parantur. Eiusdem.

Cœnas lautas & sumptuosas, suppeditare potest fortuna: at contra faciles, & quæ sufficiant necessitati, temperantia. Eiusdem.

Nemo de se nimium presumat. Siquidem multa

ILLVSTR. GRAECORVM

sunt quę cognitionem nostrā suffugiunt, & & in nobis ipsis gerantur. ut est effrenis affectu tyrannis, quę tum maxime apparet, ubi aduersi quippiam acciderit. Eiusdem.

Obletamenta admittere conuenit, non quidem omnia, sed quę honestati sunt coniuncta.

Eiusdem. Idem dicere solebat: virilem se non estimare eum solum qui armis ceteros preceleret: sed & qui cum voluptatibus pugnam capessens, speciosam reportasset victoriam.

Eiusdem. Peregrinis & egentibus ex his quę suppetunt ministra alimoniam. Equidem quisque indigenti victum negat, is neque ab alio quicquam accipiet dum eguerit. Eiusdem.

Idem dicebat. Beneficium pro tempore exile, ingens reddi his qui illud in extrema necessitate acciperent. Eiusdem.

Coneris ad exigua largiendum, & ad plura promittendum esse propensior: potissimum si fieri possit citra iacturam. Nam penuria laborantibus donum vel praeexiguū prodest, verba & magnifice pollicitationes nulli sunt utiles.

Eiusdem. Si bene mereri de aliquo voles, citissime aliquod in illum beneficiū conferas. Modica enim ingratum redditur & parum amabile

SENTENTIAE MORALES.

quicquid dederis. Eiusdem.
Idem dum quendā ad gratificandū alijs studio
fissimū, vilē nihilominus vicissim videret cō
pensationē accipere. Ohe, inquit, qui beneficia
perdideris, num te nō pudet Gratias gentilita
tis deas, quęstus gratia prostituere, quę virgī
nes esse traduntur? Eiusdem.

Idem. Si facultas adest inquit, alijs gratificādi, ne
differas. Nosti em̄ q̄ mutabilis sit rerum oīm
status. Eiusdem.

Idem ait. Ingeniū ad facinora procliue, nacta po
testate, cōmunē suscitabit reipub. calamitatē.

Eiusdem. Democritus, Vna ait cupiditas cun
ctorū mortaliū extimulat animos, ut opes asse
quant. Atqui videmus iisdem cōgestis, discru
ciari nihilominus cogitationes. Tum illis amī
sis relinqui tristitiam, luctumq; perpetuum.

Eiusdē. Idē inquit, diuites non esse beatos, sed
eos magis q̄ diuitias scirēt parcius cōcupiscē.

Eiusdē. Idē dicebat. Si multa non expetes, pau
ca tibi multa videbuntur. Parua em̄ appeten
tia ex inopia diuites facit. Eiusdem.

Idem querenti ex eo, quę via esset facile ditescen
di? Respondit. Si quis inopi fuerit desyderio.

Eiusdē. Idem ait. Malorū omniū colluviem atq;

ILLVSTR. GRAECORVM

summā, pauperes longe a finibus suis propul-
sarunt. Nempe insidias, odiū, & liuorem, qui-
bus cum diuitibus quotidianū negocium est,
& iuge commercium. Eiusdē.

In speculo (ait idem) faciei figura, in verbis ani-
mi qualitasprehenditur. Eiusdem.

Ratio veluti bonus figulus, aīo alias atq; alias re-
rum formas inducit. Eiusdem.

Noctug quietem nobis proximo imminere indi-
cant. Sic ex philosophia depromptae rationes
perturbationum sedationem. Eiusdem.

Idem radices eruditionis amaras esse dixit, fru-
ctum non insuauem. Eiusdem.

Litere (ut idem ait) diuitibus nōnihil addunt ho-
nestamenti: inopia laborantibus asylū & uni-
cum existunt vitae praesidium. Eiusdem.

Idem dicebat, doctrinae haud aliter q̃ auro quo-
libet in loco suum esse precium. Eiusdem.

Idē, quom inductū quēpiā verbis inanibus ob-
strepere diu tulisset: Ad blatterandum inquit,
instructus mihi videris, ad silendum impos.

Eiusdem. Idem ait, haud absurde existimatum
esse, pecunias praebere sumi atq; perpetui ma-
li materiam. Eiusdem.

Idem ait, magis cōsulto fieri, si propria errata re-

SENTENTIAE MORALES.

prehendas, q̃ si aliena.

Eiusdem.

Democritus dicebat. Dum pueri sumus, parētes nos pedagogo in disciplinam tradunt: atq; illi omnis circa nos cura inuigilat, ne quouis modo ledamur. Porro virilem togam sumentes, ingenio nostro relinquimur: atq; id quidem satis cōmode nos tueri potest. Quando haud quaq; contemnēda huiusmodi tutela est quæ deo fit authore: cui si delinquimus, quom semper sit preſto, conscientia accusante mox red dimur obnoxij.

Eiusdem.

Idem inquit. Indocti quemadmodū pisces tacite prēdunt: ita illi postq; capti sunt obmutescūt.

DEMOSTHENIS.

Demosthenem dum intemperans quidā conui tjs laceſſeret. Cui nihil satis est inquit, eū neq; verba satiant, ne etiā turpia q̃dē & pudenda: Eiusdē. Idem interrogatus, Num in ſenili etate aliquādo cum mulieribus rem haberet? Bona verba quaſo, inquit. Ego ſenectæ ea cauſa maximā habeo gratiam, q̃ me hiſce deſyderijs vacuum, liberam vitam, & a iuuenilibus illecebris ſolutam viuere fecerit.

Eiusdem.

Idem dicebat. Quemadmodū nauigij atq; ædiū baſes firmiſſimas eſſe conuenit: ita operū ini-

ILLVSTR. GRAECORVM

tia ac argumenta, veritati decet equitaticq; maxime esse confinia. Eiusdem.

Sapientis, idem esse dicebat: nunq̃ animo cōnuere, neq; affectibus quoquo modo licentius indulgere. ne effrenati, ratiōis imperiū deserāt. Eiusdem.

Demosthenes quom probro sibi daretur, q̃ improborum uteretur contubernio.

Optimus inquit, is est medicus, qui ab omnibus desertos egrotos, & penitus deploratos, suscipit curandos. Eiusdem.

Idem, Vnum placere omnibus, longe ait esse difficilimum. Eiusdem.

Idem, Vt vinum inquit, moribus potatorū sese cōmiscet: sic amor cum ijs agit qui ei nimium indulgent. Eiusdem.

Idem ait. AEquū sibi videri, ut pauperes pie foueantur: cū delectu tamen, ita ut dimissis improbis, illorū ratio potissimū habeatur qui preter culpam egestate premuntur. Eiusdem.

Idem dum vitio sibi daretur ab amicis, q̃ nebulonis cuiusdā causam tutaretur. Boni inquit, nullius egent patrocinio. Eiusdem.

Idē ait. De indignis bene mereri, imprudentibus ingerit male sentiendi de virtute occasionem. Eiusdē.

Idem dicebat. Gladius amicos cōscia

SENTENTIAE MORALES.

dit, verū calumnia prorsus separat. Eiusdem.
Idē inq̃t, Inter adulatorē & coruū hoc interesse:
q̃ hic mortuorū laniatu pascere, ille viuorū.

Eiusdē. Idem dū auari cuiusdā funus efferri vi-
deret. Ohe ait, recte tecū agitur, qui vitā nullā
viuendā vixisti: ut alijs vitam bonam post te,
delicatamq̃ relinqueres. Eiusdem.

Idē interrogatus, Quomodo sui p̃ceptor in eo
quo alios reprehenderet quispiā fieret. Ait, Si
acrius sese ceteris obiurgaret. Eiusdem.

Idem dicenti sibi, Agrū negligis, sed tui diligentē
curam geris, ait. Illius ego respectū ago cuius
gratia etiam agrum ip̃m mercatus sum.

Eiusdem.
Idem, dū pro Atheniēsis & libertate verba fa-

ceret: & Philippus diceret, Nū times ne caput
abs te auferri p̃cipiā? Non inq̃t, nā & si ip̃m
loco moueris, patria immortalitate donabit.

Labores (ait idem) sectari homines equum est.
quibz ardua quęq̃ honoris atq̃ amplitudinis
ornamenta parantur. Eiusdem.

Idem, interroganti quomodo rhetoricen discens
labori superauerit. Plus inquit olei cōsumpsi,
minus vini. Eiusdem.

Idem quom causam sciscitaret quidā unius tantū
d ij

ILLVSTR. GRAECORVM

linguae, & geminae auriū, ait. Quoniā in duplo magis audire homini expedit q̄ loqui.

Eiusdē. Idem ait, haud quāq̄ tantas esse in oratione vires, quātas in frugiperibus. Eiusdē.

Demoſthenes rhetor, leges ait urbis cuiusq̄ esse animam. Nā sicut corpus decedente anima cōcidit: ita sublatis legibus actum est de repub.

Eiusdem. Idem dum quidā rogaret, quid praestare posset professoribus suis rhetorice. Vt homini perditō ait, praesentē opem ferre possint.

DEMONACTIS.

Demonax dicebat. Recte fieri, ut virtuti accedat quicquid voluptati ademptū fuerit. Eiusdē.

Idem ait, foedum esse quom ipse vitij scateas, in alijs probare virtutem. Eiusdem.

Idem vehementer eos coarguit, qui corpora summo studio curarent, atq̄ se omnino negligere: haud dissimiles eos ratus ijs, quorū omnis sollicitudo in extruēdis edificijs versaretur, & hominū qui aedes habitarent nullā penitus haberent rationem. Eiusdem.

Ait Demonax. Si q̄s aliorū exemplis cautius instrueretur: tum facile futurū, ut pericula cuncta suffugeret. Eiusdem.

Demonax cum quidā suggillato apud se amico.

SENTENTIAE MORALES.

diceret. Non æquum est, ut inimici mei tu sis
amicus. Neq; vero par est inquit, te amici mei
hostem esse. Eiusdem.

Demonax ait, minori malo ab inimicis homines
affici q̃ amicis. Eos enim quos hostes habent
verent, & caute obseruant. Amicos quom ad
ad omnia paratos habeant, negligentes iuxta
illos euadunt ac lubrici. Eiusdem.

Cauendas idem esse ait improborum amicitias,
& bonorum virorum similitudines. Eiusdem.

Idem ait, seligendum esse medicum, atq; amicū,
non prout sors tulerit omnē, sed ut quisq; est
melior atq; utilior. Eiusdem.

Idē dicebat. Amorem quandā habere vicissitu
dinē, adeo, ut nisi ames, a nullo videaris amari.

Eiusdē. Perinde, ait idem, atq; musicæ exper
tes nullā neruorum concinnitatē reddere pos
sunt: sic indocti animū componere haud no
runt, ut concors fiat. Eiusdem.

Demonax alijs curiosa indagine disquirentibus
an mundus rationis exors sit, aut anima prædi
tus, & spheræ nihilominus figurā teneat. Vos
inqt, plus equo de mundo solliciti, vestra ipso
rum imundiciem interea parū prouida consy
deratione pensculatis. Eiusdem.

ILLVSTR. GRAECORVM

Idē maiore studio auribus ait, q̃ lingua utendū.

DIAGORAE.

Diagoras quom aliquando nauigio vectus, periculo esset proximus: & qui simul nauigabant dicerent, tui causa perimus. En inquit, alias naues quę non minorē tempestatem ferunt, a quibus longe abest Diagoras. Eiusdem.

Idem quom ab Atheniensibus desertus, iam iā futurum esse duceret ut ab illis mori cogere tur: deos quidē non nominans, protēsis in cœlum manibꝫ, O dñj inqt, si dñj estis seruate me.

DIDYMI.

Didymus scire ait, aliquē qui sapiētię ignarus est, id est de iusticia periculū sumere q̃ iniqua sit.

DIOGENIS.

Diogenes quęrenti quid apud homines celerius senesceret. Beneficium inquit. Eiusdē.

Diogenes cinicus ait. Indignum se nouerit canis nomine, qui ab opibus & delitijs sese cohibere non potest. Eiusdem.

Idem quom adulescentem unguento delibutum cerneret, Vnguenti inqt, & boni odoris in capite tuo refragantia, morum secū & vitę nullo tolerandum foetorem affert. Eiusdē.

Idem interrogatus, quā ob causam canis voca-

SENTENTIAE MORALES.

retur. Quia inquit non dantibus allatro, largi
entibus assentor, perniciosos insequor.

Eiusdem.

Idem querenti, cur alijs egentibus q̄q̄ nihil pe-
terent tribueret, porro nemo esset qui sua spō
te philosophorū inopiam leuaret. Recte ait id
agunt qui claudos se aliquando, aut cecos futu-
ros augurant, philosophos euadere desperāt.

Eiusdē. Idem reprehensus q̄ loca parū mundā
ingrederet. Num ait vides idem agere solem,
qui tamē minime contaminatur?

Eiusdem. Diogenes, Athletas ait ac citharcedos videre est
quo pacto ventrē foueant ac voluptati inser-
uiant, vocis gratia & corporis: at miror quomō
interim modestia despectui habet.

Eiusdē. Idem querēte quodā, quibus artibus cōmodius
respub. administraret. Si inqt veluti ignis non
nimiū prope adsit magistratus: neq; pcul ad
modum absit. sic enim respub. refrigesceret.

Eiusdē. Diogenes a caluo quodam contumelia
affectus, Non ait tecum mihi cōtentio est: sed
capillos tuos laudo: quia pestiferū caput fuga
arrepta dereliquerint.

Eiusdem. Idem quom proditor quidam multa in eum ma-
ledicta iactaret. Gaudeo inquit quia te inimi-

ILLVSTRI GRAECORVM

cum habeo, tu enim male de amicis mereri soles. Eiusdem.

X Diogenes in assentationem inuehens. Adulatio inquit, veluti statua, nomen solum amicitiae habet inscriptum. Eiusdem.

X Idem interrogatus, quae bestiae acrius lederet. Ex agrestibus ait, homines contumeliosi, ex domesticis adulatores. Eiusdem.

Percontanti ex eo, quae tellus grauiorem gestaret molem. Quae hominem ait rudem, & indisciplinatum portat. Eiusdem.

Idem quom Anaximenis familiam multa preciosa vasa circumferre videret, quaesivit. Cuius nam haec? Et illi. Anaximenis. Num igitur inquit, non pudet tanta habere eum qui sese non habet?

Eiusdem. Idem rhetores dicebat circa dicendi & iusta equaque suadendi studium, non segniter laborare, remissos interim in virtutis actione. Eiusdem. Mortuis mederi idem equae possibile ait, ut apud senem monitis aliquid tentare, ac recte viuendi praecipis. Eiusdem.

Interrogatus Diogenes, quae ex beluis essent molestiores. In montibus (inquit) ursi & leones: verum in urbibus, publicis praepositi officijs, & calumnia ac litibus scatentes. Eiusdem.

SENTENTIAE MORALES.

Idem dicebat. Sicut unctio non cōmendat dulce
dine aut acerbitate, sed si sana sit: ita nō admo-
dum curandum est, multum alimenti, aut edu-
lia suauia accipiamus, dūmodo cōueniant va-
letudini. Eiusdem.

Idem vinum plurimum in conuiuio quodam do-
no acceptum effudit: quod cum quidam indi-
gne ferrent. Si inquit vinum omne ebiberem,
non vini modo, sed & mei ipsius grauē iactu-
ram facerem. Eiusdem.

Idem adulescentem stupidum mero, & prorsus
desipientem intuitus. Adulescentule ait, temu-
lento satus es patre. Eiusdem.

Diogenes adulescentem accedens qui patrimo-
nium omne cōsumebat, decem sibi drachmas
dari poscebat. Quandoquidem inquit, ab alijs
crebro me accepturum aliquid spero: tu quod
des post pusillum non habebis. Eiusdem.

Idem, aliquando interdū incensa lucerna forum
obambulabat; & dum percontarent nonnulli
qua illud ageret ratione. Hominem ait quæro.
Eiusdē. Idem ait, esse quosdā homines qui salu-
taria dicētes, ipsi sese haud quāq; audirēt. quē
admodū lyra quom dulce & amoenū sonaret.
ipsa tamē nullo sonorū argutorū sensu capēt.

ILLVSTR. GRAECORVM

Eiusdē. Idem lugente quodā, quia apud exte-
ros in exilio esset moriturus. Quid luges inqt
stulte? Vndiq; eadem ad inferos patet via.

x Eiusdē. Idem quom videret vicissim mulieres
garrulas miscere sermones. Aspis inqt, a vipe-
ra venenū mutuo accipit. Eiusdem.

Idem quęrenti quid esset senectū. Respondit. Vi-
ta brumalis, tēpestatibus obnoxia. Eiusdē.

x Idem mulierem aniculam se curiosius exornantē
intuitus. Si viuos ait, lenocinio allicere voles,
plurimum falleris. Sed si defunctorū umbras,
ne oro diu cuncteris. Eiusdem.

Idem dicebat. Si ulla disciplina id prestare posset
ut pręsciremus quę ferēda sunt, atq; eadē amo-
liri a nobis certa ratione valeremus: egregiū
sane illud esset & longe optimum artificium:
Sed si ordine inuiolabili, ac lege incōcussa q̄p-
piam tolerandum est, ad quid attinet tale ma-
lum pręnoscere?

DIONYSII.

Dionysius presbyter interrogatus, quid hominē
deo similem redderet. Si verax fuerit rēspō-
dit, & beneficus.

DIONIS philosophi.

Dion os aureū dicebat. Quanto amplius quisq;

SENTENTIAE MORALES.

roboris & præsidij in amicos contulerit, tanto
validiorem ipse se effecerit. Eiusdem.

Idem dicebat. Beneficia in amicos collata haud
aliter dantes voluptate afficiunt, quàm si apud eos
dona sua remanerent. Eiusdem.

Idem dicere solitus est. Congruum videri, ut qui
in alios sit habiturus imperium, ipse sibi prius
imperet. Eiusdem.

Dion ridendos eos putabat, quorum omne studiū
in coaceruandis opibus versaretur: quas for-
tuna primū exhibet, sordida & illiberalis par-
citas sicut, honesta liberalitas aufert. Eiusdem.

Contemplatus idem invidum quendam animo con-
sternatū. Aut inquit, huic ingens accidit malū,
aut alij boni quippiam. Eiusdem.

Idem ait naturam probe egisse, quæ geminas au-
res & linguam unicā nobis fabricarit: quo ad
audiendū essemus quàm ad loquendū proutiores.

EMPEDOCLES.

Empedocles quærente quodā, quamobrem gra-
uiter & iniquo animo tulisset maledicta? Quia
inquit nulla me voluptate laudantis vox affi-
ceret, nisi conuitia essent molesta.

Eiusdem.

Idem dū nullum se quidā sapientē oratorem in

ILLVSTR. GRAECORVM

venire potuisse iactaret. Oportet inq̃t, eū qui
sapientem inquit primo sapientem esse.

EPICVRI.

Epicurus dicebat. Si mortaliū omniū votis deus
responderet, prope futurū esse, ut uniuersum
genus hominū pereat. quando videre est, tan-
tas, diras, & exitiales imp̃catiōes vicissim hinc
inde vulgo effundi. Eiusdem.

Epicurus dicere solebat. Philosophos mihi dari
veros exoptem. nullius em̃ frugi sunt ficti isti
& simulati philosophi.

EPICTETI.

Epictetus corui ait, mortuorū cadaueribus ocu-
los euellunt. neq̃ id iniuria. Nullus enim vita
functo luminis usus est. Porro adulatores vi-
uentium animos corrumpentes, omnē illis vi-
sum adimunt. Eiusdem.

Idem symeae iram, & assentatoris minas iuxta of-
fendere censuit. Eiusdem.

Epictetus dum adulescens quidā in theatro glo-
riaretur, se sapientem ideo esse, quia frequens
cum sapientibus sibi fuisset cōuersatio. Et ego
inquit cum multis diuitibus cōmerciū habens
inopia laboro. Eiusdem.

Idem ait, Indecorū esse, doctum cum literarū ex-

SENTENTIAE MORALES.

pertibus miscere sermones: non minus q̃ sobriū cum temulentis. Eiusdem.

Epietetus, facilimū ait in felici rerum successu inuenire amicum: verū ubi pr̃ter votū viuitur, perq̃ ambigū. Aduersę enim fortunę necessitas amicos explorat, hostes deprehendit.

Eiusdē. Idē interrogatus, quis esset inter hoīes diues. Cui satis est inqt, quod habet. Eiusdē.

Epietetus, Sufficientia ait, veluti brevis & amœna via, oblectamenta sua habet, & ea q̃ plurima: paruum deinde laborem.

EVCLIDIS.

Euclides philosophus a quodā interrogatus, quomodo dii essent morati: aut quibus gauderēt. Aliarū sane rerum inquit, nescius sum: sed q̃ negotiosis sint infensi, compertum habeo.

EVCRITI.

Eucritus chius, quærenti ex eo, uter esse mallet. Croesus, an Socrates? Respōdit. Viuēs Croesus, e vita decedens Socrates.

EVPOLEOS.

Eupolis comœdiarum scriptor, audiens Alcibiadem ciuiū uxores adulterio contaminasse. Mirum ait, effœminatum hunc et minime virum, multis se mulieribus virum præbere posse.

ILLVSTR. GRAECORVM

EVRIPIDIS.

Euripides tragediarum scriptor, sublato sibi a quodam obsonio, dicente, Sophocles hoc seruo imperit. Sophocles igitur ait, quod seruo collubitum est manducat: at ego quod mihi.

Eiusdem.

Euripides dicere solebat. Ne tempori quidem ulla esse vires in expoliandis bonis viris. quando etiam vita defunctis virtus sua corruscaret.

EVSEBII.

Eusebius ait. Vanos esse & dementes mortales, qui opulentissimum quemque etiam nebulonem ac nequam, honore afficerent & admirarent: virtuosos penuriam rerum sustinentes floccifacerent.

THALETIS.

Thales milesius interrogatus a quodam, quid idem & bonum esset & malum. Lingua inquit.

THEANVS.

Theano mulier ex pythagorea philosophorum cohorte excandescens aliquando in ancillam. Vapulares iam inquit, nisi irata essem.

THEMISTOCLES.

Themistocles Atheniensium dux, dum enim quidam noctu obambulantem cerneret: & percontaretur, quare ratione ductus, ex Atheniensibus

SENTENTIAE MORALES.

solus somnum non caperet. Quoniā ait, Myl-
tiadi trophæa me dormire non sinunt.
Eiusdē. Themistocles agrum venundans, præ-
conem exclamare iussit, quia vicinum bonum
haberet.

THEOCRITI.

Theocritus chius, dum aliquando Rhodum ap-
pelleret, & Rhodios videret ædes lapideas ma-
gno sumptu extruere, ac opiparis vefei cibis.
Rhodij inquit, tanq̃ semper victuri edificant
& manducant veluti cras morituri. Eiusdē.

Idem quom veniret Bigantium, & verborū pro-
digos homines inueniret. Recte inquit, de vo-
bis dicitur: q̃ in ore omnis vobis supellex est.
& unicum domicilium. Eiusdem.

Idem cum in conditū poema recenseretur, & ab
eo quidam quæreret, quid optimum iudicaret.
Quod ab illo inquit, est omisſum.

THEOPOMPI.

Theopompus dicebat. Quamq̃ citra dei culpam
mala accidunt: non tamen sine illo calamitates
nobis immitti arbitreris. Eiusdem.

Idem dicebat. Generosos arbitreris esse non eos
qui ex bonorum & illustrium stirpe prognati
sunt, sed qui honestatem omnibus rebus præ-
posuerunt.

ILLVSTR. GRAECORVM

THEOPHILACTI.

Theophilactus, Laus inquit sordida, vituperio
est abiectior. Eiusdem.

Quaecumq; (ait idem) verbis delicta contrahi-
mus, ea rebus luimus.

THVCYDIDIS.

Thucydides, Omne inquit solum viris fortibus
sepultura.

THEOPHRASTI.

Theophrastus dicebat. Perniciosi homines & sce-
lesti non tam proprijs gaudent bonis, q̃ alio-
rum malis.

ISOCRASIS.

Isocrates rhetor, videns ex discipulis quendam
agri sui colendi studiosum, ceterq; in exornan-
dis moribus desidem. Vide inquit, ne agrum
mitiorem cultioremq; faciens, tu incultus ani-
mo atq; agrestis prorsus euadas.

Eiusdem.

Cosilium captaturus, pręterita exempla conse-
ras futuris. sic enim celerrime id quod latet, ex
eo quod in propatulo est deprehēdas licebit.

Eiusdem.

Qui inops consilij est in rebus proprijs, nunq̃
recte consulēt alienis.

SENTENTIAE MORALES.

IOANNIS CLIMACIS.

Ioannes climax dicebat. Ex malorum cōmīstio
ne conueniet nos id quod est leuius eligere.

MENEDEMI.

Menedemus dicente quodam iuvene. Magnum
est ut id quīspīā assequatur quod expetit, ait.
Maius est, nō expetere quod assequi nō licet.

CHRYSOSTOMI.

Chrysostomus ait. Inopi largiri tū recte diceris,
cum ut res postulat, & ob iustam causam lar
gis.

Eiusdem.

Si per diem unam dumtaxat diligēter errata no
stra discusserimus, mirū q̄ facile didicerimus
quantis simus malis obnoxij.

F I N I S.

Ioannes Schottus in coilum
quempiam.

Te licet & macies, pallor, scabies q̄ fatiget

Liuide, quem cernīs pressimus aere librum.

Non colubres seuos, nō spicula curua neparum

Exhorret virtus Herculis, hydra cades.

Illustrium Græcorum nomina, e quorū sententijis libellus hic congestus est.

Æschines.	Babila.	Eupolis.
Æschylus.	Barnabas.	Euripides.
Æsopus.	Basilus mag.	Eusebius.
Alexander.	Benedictus.	Gaius.
Amasis.	Beseleel.	Gelasius.
Amphis.	Bias.	Gennadius.
Anaxagoras.	Chrysostomus	Geruasius.
Anacharsis.	Demades.	Germanus.
Anaxamenius.	Demetrius.	Gerontius.
Antagoras.	Democritus.	Gregorius.
Antigonus.	Demosthenes.	Greg. nissenus.
Antisthenes.	Demonax.	Isocrates.
Antiphanes.	Diagoras.	Ioannes climax
Apelles.	Didymus.	Menedemus.
Apollonius.	Diogenes.	Thales.
Aristarchus.	Dionysius.	Theanus.
Aristides.	Dion philoso.	Themistocles.
Aristid. iustus.	Empedocles.	Theocritus.
Aristippus.	Epicurus.	Theopompus.
Aristoteles.	Epictetus.	Theophilactus.
Aristonymus.	Euclides.	Thucydides.
Arcefilaus.	Eucritus.	Theophrastus.

ERRATA:

Folio a ij secunda semipagina, versu quarto, p
possit, scribe, posse.

Folio a 5 in Amphidis sententia pro potest.
scribe, dignum putat.

In Aristarchi sententia folio. 7. versu. 10. pro im
pudentis, scribe imprudentis.

In fine quaternionis a, versu penultimo, pro ma
la audis, scribe, male audis.

Folio b iij in sententia Benedicti, versu. 20. p
stilo, scribe, filo.

In fine duernionis b, septimo versu a fine, pro
velis, scribe, iubes.

In fine duernionis d, versu ultimo, ubi legis, ac
litibus, adde, friuolis.

ERRATA.

Folio a ij secunda semipagina, veru quarto, p
possescribe poss.

Folio a 2 in Amphibia sententia pro potest
scribe, dignum putat.

In Aristarchi sententia folio. 7. veru 10. pro ius
putant, scribe impudentis.

In fine quaestionis a, veru penultimo, pro mas
la audis, scribe male audis.

Folio b ij in sententia Benedicte veru. 20. p
suo, scribe suo.

In fine quaestionis b, septimo veru a suo, pro
veru, scribe habes.

In fine quaestionis d, veru ultimum, ubi legis, 20
scopus, adde, inuoluit.